

Liber

terræ fibras scrutati inuenire: quid quæq; radix polleret: ad quos usus hærbæ folia pertinerent: etiã quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus uertentes.

Qui latine usus hærbæ scripserint: & quando ad romanos noticia earum peruenerit: & qui primi græcorum de his composuerint: & de hærbarum inuentiõ: & antiqua medicina: & quare min⁹ exerceantur eaz remedia: & de cynorhodo: & de dracûculo medicinæ. Cap. ii.

Quius hoc per q̄ pat erat: nri celebrauer oïum utilitatũ & uirtutũ rapacissimi. primusq; & diu solus idẽ ille. M. Cato omniũ bonarũ artium magister paucis dumtaxat attigit. Boum etiã medicamina non omiffa. post eum unus illustrium tentauit. C. Valgius eruditione spectatus imperfecto uolumine ad diuũ Augustum: inchoata etiã præfatione religiosa: ut omnibus malis humanis illius potissimũ principis semper medicetur maiestas. Ante condiderat solus apud nos: quod equidem iueni: pompeius Leneus Magni pompeii libertatus: quo primũ tẽporẽ hãc scientiã ad nostros peruenisse animaduerto. Nanq; Mithridates maximus sua ætate regum: quem de bellauit. pompeius: omniũ ante se genitorũ diligentissimus uitæ fuisse argumentis præterq; fama intelligitur. Eni ei excogitatũ quottidie uenenũ bibere: præsumptis remediis: ut consuetudine ipsa in noxiũ fieret. primo inuenta genera antidoti. ex quibus unum etiã nomen eius retinet. Illius iuẽtũ autumant sanguinem aratũ ponticarum miscere antidotis: quoniã ueneno uiderent. ad illum Asclepiadis mededi arte clari uolumina composita extant: cũ sollicitatus ex urbe roma præcepta p se mitteret. Illũ solum mortaliũ Mithridatẽ. xxii. linguis locutũ certum est. Nec de subiectis gentibus ullũ hominem per interpretem appellatum ab eo antuis. lyi. quibus regnauit. is ergo in reliqua igenii magnitudine medicinæ peculiariter curiosus. ab hominibus subiectis: qui fuere pars magna terrarũ: singula exquirens. scriniũ commentationũ harum & exemplaria effectusq; in arcanis suis reliquit. pompeius autem omni regia præda potitus: transferre ea sermone nostro libertũ suum Leneũ gramaticæ artis doctissimũ iussit. Vitæq; ita profuit non minus qua reipublicæ uictoria illa. præter hos græci auctores medicinæ. p didere: quos suis locis diximus. Ex sis. Crateias: Diõsius: Metrodorus: ratiõẽ blãdissima: sed qua nihil pene aliud q̄ rei difficultas intelligatur. pinxer namq; effigies hærbæ. atq; sub scripsere effectus. Verũ & pictura fallax ex coloribus tam numerosis: præsertim in æmulatiõẽ naturæ multumque degenerat transcribentiũ fors uaria. præterea parum est singulas earum ætates pinguis: cũ quadrupar: titis uarietatibus anni faciem mutant. Quare ceteri sermone eas tradidere. aliq; effigie quidem indicata: & nudis quidem plerunq; nominibus defuncti. quoniam satis uidebat potestates uimq; demonstrare quærere uoluntibus: nec est difficile cognitu nobis certe: exceptis admodum paucis contigit reliquas contemplari scientia. antonii Castoris. cui summa auctoritas erat in ea arte nio æuo. Visendo hortulo eius: in quo plurimas alebat: centesimũ ætatis annum excedẽs nullum corporis malum expertus ac ne ætate quidem memoria aut uigore concussis: nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. iuuenta iam pridem ratio est prænũtians horas non modo dies ac noctes Solis lunæq; defectũ. Durat tamen tradi persuasio in magna parte uulgi ueneficiis & herbis id cogi. in eo nanque sceminæ scientiam præualere. Certe quid non repleuere fabulis colchis Medea. aliæq; in primisq; italica circe diis etiã adscripta: unde arbitror natũ ut æschylus e uetustissimis in poetica re refertam italiam hærbarũ potentia proderet. Multique circeios agros ubi habitauit illa: in magno argumento etiamnũ durante in maris a filio eius orta gente: quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarũ & antiquitatis parens: multus alias in admiratione. Circes gloriam hærbæ ægypto tribuit: tũ etiã cum rigaretur ægyptus illa non autem esset: postea fluminis limo inuecta. Herbas certe ægyptias a regis uxore tradidas suæ Hælenæ plurimas narrat. ac nobile illud nepthes obliuionem tristitiæ ueniamq; afferens: & ab helena utiq; omnibus mortalibus propinandum primus autem omniũ. quos memoria nouit. Orpheus de iis herbis curiosus aliqua prodidit. post eũ Museus & Hesiodus polion hærbam in quantum mirati sunt. diximus. Orpheus & Hesiodus suffitiones commendauere homerus & alias nominatim hærbas celebrat: quas suis locis dicemus. ab eo pythagoras clarus sapientia primus uolumen de earũ effectu cõposuit. apollini æsculapioque & in totã diis immortalibus inuentione: & origine assignata. composuit & Democritus. ambo per agatis perfidis arabia æthiopiæ ægyptiq; magis. adeoq; ad hæc attonita antiquitas fuit. ut affirmata etiam incredibilia dictu Xanthus historiam auctor in prima earum tradidit occisum dracõis catulũ reuocatũ ad uitam a parente hærbæ: qua m balia nominat. Eademq; tillonem quẽ draco occiderat: restitutũ saluti. Et iuba in arabia hærbæ reuocatũ ad uitam hominem tradit. Dixit Democritus. crepididit Theophrastus esse hærbam. cuius contactu illata ab alitæ. quam rettulimus. exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus. Quæ etiam si fide carent. admirationem tamen implent. cogũtq; cõfiteri multũ esse. quod uero supersit inde & plerosque uideo existimare. nihil nõ hærbarũ ui effici posse.